

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias Quas Viro cum viveret ... Dn. Christophoro Strelenio, Civi huius
Reipublicae primario, Coniux moestißima parat, Suos quoq[ue] Cives diligenter
invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806173>


Druck Freier  Zugang



Rahne, H.

in Chr. Strelenius.

Rostock, 1638.



RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQUIAS

QUAS

VIRO

cum viveret

Integerrimo, Honestissimoq;

DN. CHRISTOPHORO

STRELÉNIO, Civi hujus Rei-

publicæ primario,

Conjux mæstissima parat,

Suos quoq; cives diligenter invitat.



ROSTOCHI.

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVII.

Nostri temporis appellant, rationemq; vitæ, ut nunc miseris vivendum est, subducere exactè, sollicitisq;, quod ajunt, articulis putare norunt; eorum vota non possunt esse proætate aliqua annisq; provectionibus. In iis enim quæ malorum ultima, quæq; pati gravissimū est, extendi, nemo velle nisi sui ipsius hostis & carnicex potest. Sicut enim in tormentis cruciati-busq; Tyrannorum, clementiæ erat, si compendiōsi forent; ita hic publicus malorum ordo felix etiam censetur iis, quos de facili ac repente opprimit. Tiberij sæva inhumanaq; prorsus in-doles, quam benetum agatur, exemplis ostendit, cum mori volentibus, vim adhiberet vivendi. Mortem enim adeo leve supplicium ille reputabat, ut, cum audisset unum ex reis Carnilium nomine, anticipasse eam, exclamaverit; *Carnilius me evasit;* & in recognoscendis custodiis precanti cuidam poenæ maturitatem, respondebit, nondum se cum eo in gratiam rediisse. Quid autem hoc nostrum vivere est aliud, quam diu mori; postquam ipsa rerum capita, cum totis regionibus & Imperiis occiderunt, communisq; Patria nostra cadaver Germaniæ, Germania amplius non est? Neq; tamen ibimus nunc per Eu-rope

ropæ meliorem partem, ex venga declarantur.
Christo CHRISTOPHORI STREL ENI sectabi-
mur, quibus emensus est præcipuas urbes & pro-
vincias nostri orbis. Longum foret, si cujusq;
loci felicitatem, fortunasq; & opes Rerum publi-
carum, quas ille florentes & diligenter contem-
platus est, comparare cum præsentibus malis &
conferre institueremus. Ipse, dum viyebat, recen-
sere pleraq; apud se atq; alios. Tanto certior de
miseria temporum nostrorum, quanto simul fe-
liciar, qui nunc exierit. Ubi populationes, ra-
ptus, cædes, incendia urbium atq; eversiones, o-
mniaq; ista piacula, quæ aliquot retro seculis per
intervalla extiterunt, nunc quotidiana sunt, ve-
lutiq; agmine quodam alia super alijs ruunt &
condensantur. Ubi ister rerum vultus, quem in
agris oppidisq; & prope intra moenia hujus urbis
ac muros continenter obnubimus, ingenti cum
formidine lucituq; omnium, in singulos dies fu-
nestior tetricorq; appetet. Prope nos famæ, soli-
tudo & vastitas, & quod rectè metuimus, eadem
omnia comminatur. Nobiscum nescio quid pe-
stilentis contagii venenatiq; afflatus habitat &
grassatur, vexatq; totas domos ac familias. Quod-
que omnium apud nos malorum est maximum,
tanta series profugorum, tantus ordo, isti præci-
pue decumbentium per cellas ac sub dio squalo-

... quinque iorū illūm a-
nimū atque debilitant, ut qui p̄rē aliis felices
sumus, plusquam miseri siamus tot miserorum
contemplatione. Quid ergo est hoc nostrum vi-
vere, quam diu mori? Cui quisquam inveniatur,
qui malit inter supplicia tabescere. Perire membra-
tim, totiesq; per stilicidia amittere animam, quā
semel exhalare? Aut quisquam sit, qui velit ada-
ctus ad illud lignum jam debilis, jam pravus, & in
fædum scapularum ac pectoris tuber elius, cui mul-
ta moriendi cause etiam citra crucem fuerant, tra-
here animam tot tormenta tractorum? Nega nunc
magnum beneficium esse natura, quod necesse est
mori. Quin potius excutienda vita cupido est, di-
scendumq; nihil interesse, quando patiaris, quod quan-
doq; patiendum est, postquam felicitatis est, non
quam diu vixeris, sed quam bene, & tum quoque
quam parum vixeris. Usque adeo indolere fato
CHRISTOPHORI STRELENII, quem supra no-
minavimus, si ipsum spectes, nec necesse nec fas
sit. Qui, cum superiore seculo circa annum Chri-
sti octuagésimum quintum natus, per beatas ali-
quot lustrorum vices transundo, communis re-
rum turbine deprehensus nobiscum ac præcipi-
tatus esset, triste hoc atque illætabile tempus
lucro sibi deputasse debet, cui, quod meliori non
licet esse, exesse tandem & bona cum gratia liceat.

Quam

Quam ipsam fastidire nemo aut susque dequa
possit habere, quicunque hoc, quod experimur,
imperare a se potest, ut statuat de vita, quā nunc
vivit, sua, moram esse eam supplicii, luntasque
mortis, ut ita dicam, maxillas. Ipsi illa mœstissi-
ma nunc vidua, cuius lacrumis detrahere per ma-
ritale sacrum non possumus, recenti memoria te-
nebit fidem amoremque conjugis sui, & cui sub
conditione voluntatis divinæ nupsit, eundem cū
modo ac ratione desiderabit, nec committet, ut
invidere ejus felicitati, ac reposcere in ergastula,
quem semel beata hora exolverat, per planetum
nimiasque ejulationes videri possit. Et vixit
ipse non aliter, quam ut mortem quotidie medi-
taretur. Ab eo enim anno, quo editus est, quam
primum per ætatem licuit, peregrinationibus se
dedit, peragratioque toto Germanorum Imperio,
singulisque non tam regionibus, quā præcipuis
urbib⁹ ac Rebus publicis diligenter & curiose per-
spectis, in adversos sinus Codanum & Hadriatici
maris penitravit; Venetisque & regno Daniæ
per iter suum commissis, quid ferret meridies,
quidque septentrio, experiri voluit. Jam tum
sub initiis, vitæ clausulam meditatus, quæ in abi-
tu & peregrinatione desinit ac felix est. Ista fuit
ejus adolescentia pariter ac juventus; in qua se
acuit paravitque ad bonum civem, & ab optimis

moribus, qui tum non ita controversi erant,
quod præcipuum fore muneris sui arbitrabatur,
parere didicit, Quapropter eidem divinitus con-
sigit, ut salvis ad nos & in columis, non interces-
sus ab infelici aliqua hora, quod peregrinanti-
bus passim & subinde imminet, ex itinere huc re-
veniret, suasuque & hortatu suorum, Civem
BRIGITTAM, Virginem, SA LOMONIS Barnehingſ
filiam matrimonio sibi jungeret, Cū qua unum
sed & viginti et otos annos usq; à proximo Christi
decimo septimo quam commodissimè & satis fe-
liciter in supremum vitæ diem transegit. Nisi
quod absque prole conjugium esset. Quæ res, ut
nunc tempora sunt, ipsa quoq; sit felicitatis: post-
quam corrupta vitiataq; omnia, etiamsi nō sem-
per dent progeniem vitiiosiorem, nescio quam
semper tamen commimentur. Nam & parentum
recta sollicitaque educatio, alienis postea mori-
bus, veluti contagio quodam inficitur, & qui do-
mi ad optimia imbuti sunt, quamprimum foras
prodierint, custosque amotus est ipsis, non dicā
suo, sed malorum arbitratu ac libidine in deterio-
ra conducuntur, Quapropter sicuti pauciores la-
crumas suis nunc exprimit, ita nec flere ipsos un-
quam debuit, quod perquam multis optimisque
parentibus nimis quam frequens & lugubre est.
Hanc autem vitæ partem sic transmisit, ut perin-
dc, vco

diligenter rebus suis, habitaq; tam accurate tam-
ilia, ut rationes reddere in momenta posset. Id
quod prudentiam ejus virtutemque ostendebat,
quam & parando simul patrimonio tuendoq; ex-
ercere nosset. Talis cum esset, commeruit Civium
amorem ac gratiam, quam per vicinos sic proten-
debat, ut dissitos civitatis sibi cojungeret, eadem-
que in benevolentia nuper decederet. Quod fa-
ctum prima Pentecostes feria. Ad cuius festivita-
tem se per valetudinem etiam, quam inclemen-
tiorem per aliquot paullo ante dies nactus erat,
longe rectius, quam cæteri, parabat, quos ipsa sa-
nitas lascivire potius, quam sacris operari impel-
lit. Ipse vero de mansionibus tum cogitans, quas
apud cœlestem Patrem fore quam plurimas Sal-
vator, suus promiserat, Spiritus S. impulsu, ad hoc
iter ecclæ se ac pie instruere, perceptoq; Corpore
& Sanguine Redemptoris sui animare se ac durare
ad repetendam cœlestem domum, unde spiritus
vitaq; data erant. Hæc sunt, quæ de ipso comme-
morare vobis, attinebat. Parentes enim collauda-
re, nimis prolixum, nec prorsus suum foret. Quos
tamen nactus est eos, ut nomen dignationemque
suam in hac urbe quamplurimum ipsis debuerit.
**Siquidem parentis ipsi M. VALENTINUS STRE-
LENIUS** fuit, Dicasterii Principum Megapolita-
norum,

tus vir & indultrius, cætera perquam eruditus; quiq;
oppido Silesiorum, Strelenij, natus, Parentem J A C O-
BUM, Consulem, deq; civibus bene meriti habuit & cu-
jus conjux A N N A von Seisten/pudica laudatissimaque
fœmina exstitit. His sunt Majores C H R I S T O P H O R
nostri, quos à Patre suos vindicat. A matre qui fue-
rint, indigitare potius, quam recensere opus est. Siqui-
dem apud nos M A K I O R U M & G E R D E S I O R U M no-
tissimæ sunt familij. R U D O L P H U S igitur M A K I U S
ex eo ordine sibi avus, vir honestus & integer; avix
M A R G A R E T A Gerdes fuit, qui A N N A M filiam ge-
nuerunt, matrē aliquando nostri tam futurā defuncti.
Qualem v. se & quod optimam præbuerit, ex filiis ap-
probare potest, quorum alter, qui adhuc superest, V A-
L E N T I N U S, apud nos Magistratus partem gerit ac
Senator est. Credo, Cives Academicí, non unam vo-
bis narratam causam esse, quam obrem prosequi hoc
funus mecum & ornare cupiatis; etiam si cæterorum,
quæ volenti mihi debetis & quæ debetis ipsi vobis,
hac vice non admoneam. Ad horam ergo primam
hoc die, qui faustus sit vobis, in æde D. Jacobi compa-
rete, & quo funus nos vocat, mecum sequimini.


P. P. XLIIX: Maij. A. C. • 10 cxxxix.



[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776806173/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776806173/phys_0016)

DFG

diligenter rebus suis, habitia, ut rationes reddere in quod prudentiam ejus virtus quam & parando simul patrificere nosset. Talis cum esse amorem ac gratiam, quam debat, ut dissitos civitatis si que in benevolentia nuper etum prima Pentecostes fecerit se per valetudinem etiorem per aliquot paullo longe rectius, quam ceteritas lascivire potius, quam licet. Ipse vero de mansionibus apud coelestem Patrem forvarior suus promiserat, Spiritus iter recte se ac pie instruere, & Sanguine Redemptoris suus ad repetendam coelestem dignitatem data erat. Haec sunt morare vobis, attinebat, Parente, nimis prolixum, nec protamquam nactus est eos, ut non suam in hac urbe quamplu. Siquidem parentis ipsi M. V. LENIUS fuit, Dicasterii Pri-



the scale towards document

curate ramis possit. Id ostendebat, iendoq; ex uiris Civium s; sic proteneret, eadem. Quod fas festivitas inclemens factus erat, uos ipsa sa rari impel litanis, quas uirimias Sal uisu, ad hoc q; Corpore ea durare de spiritus so comme ni collauda foret. Quos tionemque debuerit, us STRE egapolita norum,